

Vivificam ex verboq₃ fidem manare docemus: Rom. i. 16.
 Historicam tantum ille fidem, & virtutis inanem,
 Voce ministerii cuius obtingere sentit.

Est Evangelii sonus ille potentia nobis: Rom. i.
 Spiritualis ei est Patris ipsa potentia Christus.

Ex verbi auditu externo, sub pectora nasci,
 Afferimusq₃ fidem, sancti ex operamine Flatus:
 Tractum ille internum Patris, auditumq₃ potentis
 Verbi, & salvifici, quod vox sit vivida Christus.

Talia, Sacramenta etiam nos dicimus esse,
 Instrumenta, quibus promissio sancta, fidesq₃,
 Firmentur, certis obsignenturq₃ Sigillis:
 Ille docet tantum hac disciplinam esse piorum,
 Et signum externum, a pravis quod separat illos.
 Ergo nihil cum Schvvenkfeldo commercii habemus.

~~~~~

## Orat. Funeb. XVI.

### MEMORIAE JOANNIS I.

PALATINI BIP.

#### Confessio de Persona Christi, &c.

**I**Nterea dum sic terras atq<sub>3</sub> oppida obimus,  
 Purgamusq<sub>3</sub> sacras vanis erroribus ades,  
 Ecce venenata quidam ferventior ira,  
 (Qui res Brentiadas, alis certamine functis,  
 Systratiotarum pugnans prope sustinet unus,  
 Luctanti solitus tacitam supponere plantam)  
 Atq<sub>3</sub> salutarem caeno corrumpere fontem.

Pantaleon  
 respōdet ad  
 quasdam cri-  
 minationes  
 cujusdam  
 adversarii.